

1888

Ann. Rande: Commissio mare stallatum et araciatum curie in Apulia et Calabria. De curia.

Scriptum est Huguetto de Palafredis maremalle me velleto
et Nicolao comestabulo precine militi etc.

De fide et legalitate vestra confisi vos magistros marestallarum
curie nostre in Apulia et Calabria loco quondam Goffridi Bo-
vet predictum olim officium exercentis, qui nuper deum clausit
extremum, usque ad nostrum beneplacitum duximus statuendo.
quo circa fidelitati vestre precipimus, quatinus statim receptis
presentibus ad partes predictas vos personaliter conferentes omnes
marestallas eiusdem Goffridi procuratori commissas, necnon
pultos et equitaturas quaslibet existentes in marestallis ipsis
Apulie et Calabriae et alias res marestallarum ipsarum, quas
idem quondam Goffridus ad opus nostre curie procurabat cum
bulbus etiam et curribus deputatis ad deferendum herbam
et pascam pro pultris et equitatibus marestallarum ipsarum,
que omnia ^{2a)} diligenter inquirere et scire curetis, tempore per
prepositos et alias personas marestallarum ipsarum quam per
alios, per quos possit inde rei veritas melius indagari, ita quod
aliqui de pultris et equitatibus singulis ipsarum marestalla-
rum, qui et que fuerunt ibi tempore dicti quondam Goffridi,
minime occultari seu subtrahi vel permutari per subtrac-
tionem bonorum et submissionem minus bonorum nequeant
quocumque modo, cum vobis exinde innumbamus. a prepositis
ipsarum marestallarum recipere studeatis et marestallas ipsas
ac pullos et equitaturas. et res etiam quaslibet marestallarum
ipsarum cum omni diligentia procuretis et faciatis eorum